

Ceremoniali conservato in publico Archivio librorum extat singulari decisio 5. de fide instrumentorum, apud Mohe-danum.

74 Scripturis vero minus solemnibus, si antiquissime fuerint, & tempus eorum annorum excedant, probant, dummodo formam publicae scripturae, & legalis habeant; nec eo casu indigent recognitione; quia non inveniuntur testes: maxime si Judicis compulsi fuerint ad accedendum ad auctoritatem, ex Rota in una Tarradonen. Primitiarum 26. Januarii 1637. coram Pirovano, apud Rubeis par. 7. decis. 192. num. 12. & 14. ubi firmatur num. 15. etiam auctoritate ejusdem Judicis robur accipere scripturam Archivi privati, dummodo in longinquis agatur, qua ratione si in Archivio reperitur scriptura, manu Notarii signata, fidem facit: ex eadem Rota decis. 93. num. 3. par. 5. tom. 3. inter decisiones Rubeis.

77 Consuetudine tamen praescribi potest, ut scripturis privatis in Archivio repertis adhibeatur fides: optimus text. in cap. cum dilectus, de fide instrumentorum: late Felinus in cap. ad audientiam, m. 1. vers. Tertio quod: de praescript. Rota decis. 183. par. 2. divers. Cohello dist. cap. 52. vers. Sed nunquid, ubi contrarius responderet dicendo; consuetudinem claram esse debere, nullo alio concurrente necessatio, videlicet ut probatur, probato Archivio & auctoritate Officialis, quia eo casu haec concurrentia necessario essent probanda, aliis sufficeret probare consuetudinem, quae non subditos non afficit, ex eodem Cohello qui alios citat: & ita tribus concurrentibus requisitis probat, videlicet consuetudine, & quod agatur intra Territorium Archivi, & inter subditos: late idem Cohello: & de validitate inter subditos extat decisio 13. num. 1. apud Rubeis par. 9. recen. tom. 1. unde si particulare fuerit, ad custodiam tantum scripturarum Communitatis, non probat: & ita conciliatur Seraphinus decis. 320. num. 2. juncta decis. 642. num. 1. & Patreus decis. 386. num. 1. lib. 3. in novis, cum Doctoribus contrariam sententibus, qui loquuntur in Archivio ubi alia etiam reperitur, ut considerat Cohello vers. Cum autem in multis Civitatibus: Sed tamen adverte quod scriptura debet esse in Archivio ante tempus motae litis: Millinus decis. 34. num. 4.

83 Ex dictis resolvitur questio, an apparentibus duabus scripturis privatis, in quibus constat de debito, in quantitate tamen discordantibus; quarum una in Archivio reperitur, & haec majorem summam continet; altera vero extra, minorem continens; cui standum est? Et resolve standum scripturae Archivi propter auctoritatem loci, Romanus conf. 319. per totum, Felinus in d. cap. Ad audientiam, num. 15. vers. Octava conclusio, de praescript. Mathilius in rubric. Cod. de probat. num. 293. Cohello vers. Tertius erit casus.

Jam ergo ad Praepositum Archivi transfere facere necesse est: & omnia facultate Praepositi Notarii, ad exemplandas scripturas in eo repertas, quo nostro in situ-to seu assumpto non convenire certum est, nisi casu quo Canonici Praefectus simul & Notarius fuerit; necesse est quod persona particularis deputetur, cui Archivi curam demandetur, alias scriptura non probat. Farinac. in rectoribus, decis. 135. num. 8. sed tamen Archiviste attestatio-ni circa deputationem creditur, Buratt. decis. 727. num. 10. par. 2. quae etiam decisio reperitur apud Rubeis par. 4. dec. 164. ubi magis late reperitur decisum quid debeat concurrere ad fidem scripturae ex Archivio extractae; maxime si vi-gore compulsi fuerint extrahere: & quando copia, quando vero originalis praefumatur, quidve compulso servare debeat; secus autem est ad compulsi scriptu-ras, five paritatem ex libro Archivi: nam probata existen-tia in eo, & quando bene custodiat, fidem facit eo modo quo diximus supra, ex Rota d. decis. 234. num. 4. ad idem videndus Rubeis decis. 122. par. 2. videndus etiam decis. 664. num. 5. par. 3. loquens in Archivista successore extrahente, absque compulsionem: sicut etiam fides datur eidem in omnibus concernentibus suum officium: l. magis puto. §. Ne tamen, ubi Glossa, ff. de rebus eorum: Seraphin. decis. 392. num. 2. Thomat. decis. Anacaten. 84. num. 115. & hac ra-

tione Archiviste relationi statuitur in Rota, ut constat in no-vissimis diversorum, decis. 518. num. 1. lib. 3. praecipue alii concurrentibus; Cohello dist. cap. 52. pag. 293. lit. A, cum ad ejus officium pertinet custodire scripturas, compellitur eas tradere; Rota in nullius seu Marsten. Jurisdictionis, 16. Februarii 1629. coram Verospio, cujus tenorem ad lite-ram ponit Maranta controvers. har. post respon. 40. par. 3. num. 9. ubi plures alias Sacrae Rotae decisiones enumerat: imo probato, scripturam fuisse in Archivio, semper adesse etiam tempore successoris praesumitur: Ludovici. decis. 129. numer. 8. & eadem Rota apud Verospio num. 14. imo si nullius fuerit processus in Archivio existens, successore in beneficio, vel Episcopus, cadit a causa illo non exhibito, ex eodem Verospio n. 5. potest etiam Praefectus exhibere scri-pturas sine citatione, Rubeis par. 3. decis. 664. num. 5. & ex-trahere a Notario sine compulsi fuerint valent; Merlinus decis. 572. num. 11. sed tamen citationem requirit in ex-tractione scripturae docet Cohello dist. cap. 52. pag. 293. lit. B.

Unum autem scire oportet, quod qualicumque sit No-tarius Capituli qui extrahit scripturas ad ipsum pertinen-tes, siue qualiter alias alterius Communitatis, tenetur gratis eas extrahere in quibus interesse habet; ex optima doctrina Cohello d. cap. 52. in fine, pag. 294. vers. Sed pul-chra oritur questio.

Jam ergo patet, quod cum tanta fides detur Archivista, persona non debet esse suspecta, cum scripturae in Archi-vio positae probent, etiam ad sui commodum, in Ecclesia Cathedrali: Millinus d. decis. 34. num. 2. licet episcopi quae absentibus scribuntur, non faciant fidem: Cohello d. cap. 52. vers. finali.

Illud tamen omnitemendum non est, extractionem fieri de-bere ab Archivista, tanquam persona publica, non tan-quam privata: & hac ratione si copia detur itaqum ab amico, non probat; etiam si Archivista fuerit Tabellio: l. Scripturas, Cod. qui potiores in pigore habeantur, ideo-que apocryphae private ut fidem faciant, signum Archivi re-quirunt: Gratianus decis. Marchie 104. num. 1. & 2.

Si autem plura scire desideres de obligatione Episcopi faciendi inventarium Casuarum criminalium, ne Sede vacante Aeta occupentur; & an sit consignanda clavis Archivi Episcopalis Vicario Capitali: & consule Squil-lante de oblig. & privileg. Episcop. cap. 37. num. 22. & se-quenti.

Tanta ergo fides est Archivi, uti in scripturis privatis, hoc est libris antiquis, quod libri proprii Ecclesiae probant favore ipsius, si sint scripti manu publica; ut cum Ge-nuensi in practico. quest. 228. Baldo conf. 331. Tufcho tom. 4. conclus. 7. nu. 15. tenet Squillante de oblig. & privileg. Episcop. dist. 1. par. cap. 11. num. 26. vers. Denique Tufeseus: quod & in nostra Ecclesia Metropolitana observatur, in qua habe-mus duos libros, & quos Chartarios appellamus, in quibus datur fides, cum in eo omnia antiqua monumenta, privi-legia, & prerogativa Ecclesiae manu Notarii in charta seu membrana pergamentina transumpta reperiantur, & quibus compulsa fuit unio Ecclesiae Parochialis Sancti Pauli, Archidiaconatus Casaraugustano, cujus probatione admilla fuit unio adversus Illustrissimum D. Archiepiscopum: ut per Cavalerium decis. 599. & eorum fides passim in Tribu-nalibus hujus Regni admittitur; ut apparet in Curia Jus-titiae Aragonum in pluribus processibus, praecipue in pro-cessu Michaelis Blasco super Juris firma, & in processu Il-lustrissimi & Reverendissimi D. D. Petri Apaolaza, & De-cani & Capituli Sanctae Ecclesiae Metropolitanae, & Ar-chidiaconi Casaraugustani, contra Patres Societatis Jesu ad obligandos illos ad solvendum decimas; & in Curia Ecclesiastica, videndi sunt processus praesentationis Hieronymi Carnoy sexta Junii 1546. processus praesentationis Argulini Perez de Oliban octavo Augusti 1538. processus item Philippi Eximini Gordo, sexto Aprilis 1429.

Nec minus privilegium habet Registrum Ecclesiae posi-tum in Camera Episcopi, in qua censeri conservari, tan-quam in Archivio, post Abbatem & Genuensem docet Squil-

Squillante supra nu. 27. tanta enim auctoritas est Archivi, ut non solum detur fides Codici in eo reperto, quoad ea quae in ventre scripta sunt, verum etiam quoad ea quae in margine scripta reperuntur; ex Alvaro Valasco de Jure Empyr. qu. 19. num. 26. vers. Rursus cum dico: Cabedo de patron. Regia Corona, cap. 43. num. 3. & Salgado de Regia protecl. par. 3. cap. 10. ex num. 280. cum sequentibus, docet Pareja de Univ. instrum. edit. part. 1. tit. 5. resol. 2. num. 11.

Unde jam pro coronide utilitates Archiviorum recense-re non erit abs re, inter quas prima est, conservatio scri-pturarum, de quibus in l. 8. tit. 19. par. 3. Secunda ne scri-pura per manus plurium transiens aliquid detrimentum patiat; ut notavit Narbona in l. 34. tit. 25. lib. 4. recopil. Tertia, ut scripturis, de quarum fide vacillatur, plena fides detur: ex Sesse cum pluribus decis. 22. per totam. Quarta, quod probatio resultans ex scriptura in Archi-vio reperta, praevalat probationi per testes: de quibus omnibus videndus Pareja d. ref. 2. ex nu. 2. usque ad 8.

Hoc vero Archivium visitare non potest Episcopus so-lus, nisi duobus de Capitulo sibi adjunctis, ut dicemus cap. 30. num. 3. & 16.

CAPUT XXIV.  
De Campana Ecclesiae Cathedralis.  
S V M M A R I V M.

Campana, & campana, necessario requiruntur in Eccle-sia, 1.  
Ob eius adificium illustrior sit Ecclesia, 2.  
Campana quare inventa, & definitio illius, 3.  
Quare sic appellata, & unde inventa, 6.  
Campana Nole vocantur, 5.  
Item Signa, & quare, 7. 45.  
Tintinnabula, & alia nomina, remissive, 8.  
Campanarum ubi sit mentio in Jure, 9.  
Quando plures invente Campanae, & a quo, 10. & seqq.  
Earum usus quando incipit, 11.  
Campana mentio in veteri Testamento, 12. 15.  
Pecus portans Campanam alias precedebat pecudes, in vete-ri Testamento, 13.  
Campana usus in equis, & eorum frans, 14.  
Eius usus ad varias functiones remissive, 15.  
Campana subregata in locum tubarum veteris Testamenti, 16. 156.  
Campana usus in Ecclesia quando incipit, 17. & seqq. 29. 34.  
Signa sacra quid erant, 18. 23.  
Sabinaus Papa Horas Canonicas in Ecclesia composuit, & Campanas ad convocandum populum instituit, 19.  
Stephanus Durantus reprobat, 20.  
S. Anastasius quo tempore martyrio coronatus fuit, 21.  
Tintinnabula quo pacto pulsantur in processibus, & ubi, 22.  
Ligna pro Campanis aliquando pulsata, 23.  
In Ecclesia Graeca quo tempore ligna pro Campanis pulsa-ta, 24.  
Tempore S. Hieronymi iam erat Campanarum usus, 25.  
Quo tempore floruit D. Hieronymus, 26.  
S. Paulini obitus quo tempore evenit, 27.  
S. Lupus Campana in obfisione usus fuit ad convocandum po-pulum, & quo tempore, 28.  
Campana usus a quo tempore, 29.  
Eius benedictionis antiquitas, 30.  
Campana usus Romanis notus, 31.  
Item Gentilibus, 32.  
Ante Christi adventum, 34.  
Pulsatio Campanarum antiquissima, 33.  
Campana usus nescitur principium, 35.  
In primitiva Ecclesia non erat, 36.  
Quomodo Christiani conveniebant, 37.  
Post annum 324. Christiani, in Ecclesia Vniuersali Campa-narum usus receperunt, 38.  
In Ecclesia Occidentali a quo tempore, 39.  
Campana qua intra septem miliariorum spatium audiebatur, 40.

Alia insignis qua a longiori spatio audiebatur, Casaraugus-ta, 41.  
Tintinnabuli antiquitas, 42.  
Campana magni ponderis usus ubi viget, & exempla antiqua, 43.  
Vnus Campana qua de causa in Ecclesia introductus, 44.  
Fuit necessarius ad convocandum populum, & ad alia, 45.  
Benedictio Campanarum quid operetur, & ubi primum ince-perit, 46.  
Quare pulsantur ante principium horarum, 47. 94.  
A quo tempore mos ille introductus, 48.  
Campana usus ad multa valet, 49. & ad quos usus, 51.  
In Oratoriis privatis quare non ponatur Campana absque Episcopali licentia, 50.  
Vnus Campanarum a veteri Testamento originem trahit, 52.  
In Lege Moysi quomodo convocabatur populus in festivitatibus, 53.  
In funeralibus utebantur Hebraei tubis, 54.  
Tubarum forma in Lege Moysi, 55.  
Campana in Lege Christi idem quod Tuba in Lege veteri, 56.  
Deus tubis excitabatur ad misericordiam, 57.  
Heretici deridentes Campanarum usum, confunduntur, ibid.  
Pulsantes Campanas sacris debent indui vestibus, 57.  
Campana misericordiam Dei annunciat, 58.  
Christiani quare ad sonum Campanae, Hebraei tube conve-niant, 59.  
Campana, quare benedicantur, 60.  
Demonibus sonus Campanae terrorem incurit; & ab eis vexati Christiani maxima auxilia inde percipiunt, 61.  
Efectus varii mirabiles sonitus Campanarum benedictarum, ibid. & 62.  
Virtus attributa Campanis per benedictionem, 63.  
Mirabilis Campana cui sculpta est imago B. Virginis del Pu-che, 64.  
Benedictio Campanae non est baptizata, 65.  
Quo tempore talis benedictio inceperit, an ignoretur, ibid. & 66. & 77.  
Graeci Campanas benedicebant, 67.  
Campana in Ecclesia Lateranensi Roma ab Ostone benedicta, 68.  
Alcimus agit de Campanis, & quo tempore floruit, 69.  
Campana non solum benedicuntur; sed & nomen eis imponi-tur, 70.  
Benedictionem Campanae quare aliqui Baptisum appellant, 71.  
Error est vulgi, 72.  
Campana benedicta ab Episcopo, baptizata dicuntur, 73.  
Templa cum dedicantur, baptizari dicuntur, 74. 76.  
Carolus magnus prohibendo ne Campana benedicerentur quid intellexit, 75.  
Campana quare benedicens dicuntur baptizari, 76.  
Calvinista benedictionem Campanarum, de Baptismo, quo peccata delentur, intellexerunt, 78.  
Campanis, quare nomen imponitur, 79.  
Heretici hunc pium, & sanctum usum blasphemantes confun-duntur, 80.  
Quod universa servat Ecclesia, insana est respere, 81.  
Creatura omnis oratione sanctificatur, & de exemplo Chri-sti, 82.  
Benedictiones diversarum rerum, veluti aquae, panis, &c. cur fiant in Ecclesia, 83.  
Miraculum stupendum Campanae benedictae non dantis sonum, ob non servatum Interdictum, 84.  
Aliud miraculum a contrario sensu de tintinnabulo, quod nun-quam sonare cessabat ob sursum commissum, 85.  
Ad sonum Campanae figuntur hostes, 86.  
Mira omnia haec benedictionis Campanae, non causa naturali, attribui necesse est, 87.  
Mirabilis Campana de Bellilla in Regno Aragonum men-tio, 88.  
Pulsatur de per se quando Christianitati malum accidere solet, 89.  
Campana per se sonantes quid mali praenuntiant? ubi exem-pla, 90.  
Campana de Bellilla sonum dedit in Martyrio B. Petri Ar-bues, ibid.  
Heretici & Turcae cur non utantur Campanis, imo averferunt illas, 91.



Duran. *supra* num. 3. Onufrius Panvinus, & Angelus Roccha, quos sequitur Barbof. d. voto 102. num. 18.

20 Ex quibus constat male Duran. de Rit. d. cap. 4. num. 3. asseverasse tempore S. Anastasii Perse Martyris (cujus festum die 22. Januarii celebratur, & passus fuit Anno 627. ut refert Baron. in Martyr. Rom. d. die 22. Januar. & sequitur Suarez contra Regem Anglie, cap. 1. num. 3.) campanarum usum adhuc non esse, ex eo quod in septima Synodo A. 4. legitur ex libro Miraculorum eiusdem Martyris, quod cum Reliquia ipsius Cæteam appropinquarent, cives illius in magnam profluentes lætitiâ; surgentes subito, lignaque sacra pulsantes; obviam facti sunt in veneranda Depare Virginis adde: quare si ligna sacra pulsabantur in processibus, ergo campanarum usus non erat. At S. Anastasius Martyrium consummavit, ut ejus Acta testatur. Anno 17. Heraclii Imperatoris, qui fuit Annus Christi 627. ut opinè notavit Baronius in notis ad Martyr. Rom. sub die 22. Febr. ergo eo tempore campanarum usus in Ecclesia non erat.

Verum hoc nequaquam convincit, stante præcepto Sabiniani Pontificis: Bene ergo usus campanarum ad convocandum Populum potest fieri, & ligna sacra in processibus pulsari, donec successu temporis res Ecclesiæ ad meliorem usum redacta: politiori modo componerentur, cum hodie videamus Hispanie usum, secundum quem nequaquam hæc tinnibula pulsantur in processibus: Roma vero maxime, cooperta in bursa, quæ ornamenti causa in Cruce portantur: imò ipse Durantius, ut dictum est, testatur introducta esse jussu Sabiniani; si ergo iste floruit anno 604. vel 607. certe tempore mortis S. Anastasii jam erant in usu: quare difficultatem agnoscens Gavantius *supra*, ait: seculo quo vixit S. Anastasius Perse, ligna pro campanis solita esse pulsari: præterquam quod, ut adverteit Suarez *supra*, iste passus est anno 627. & verba Concilii de Ecclesia Græca dicta sunt; in qua signa lignaque usque ad annum Domini 365. durasse creduntur: ut idem Suarez ex Baronio observat; vel 866. ut patet ante notavimus.

21 Quare cum campana mentio habeatur tempore S. Hieronymi, ut ipse testatur in Regula Sanctim. & adverteit Gavantius, Angelus Roccha, & Barbof. *supra* num. 18. quæ S. Hieron. coævus fuit S. Paulini, & horat usque ad annum 420. quo secundum veriorum sententiam ex hac vita decessit, ut idem auctor ait Baronius in Martyr. sub die 30. Septemb. cum S. Paulinus ex humanis decesserit Anno 427. secundum veriorum opinionem quam refert Bar. in Martyr. sub die 22. Junii, in notis ad eundem Sanctum. Insuper Anno 615. vixit S. Lupus Senonensis Episcopus, in cujus Acta referuntur tempore obsecrationis Senonensis civitatis, factum Episcopum ad protomartyris Stephani adem se consulisse, & ad convocandum Populum signum testasse: auctor est Sicutus tom. 5. die 11. Sept. & de aliis vide Suarez ubi proxime.

22 Licet aliqui voluerint recentis annis ante Paulinum Episcopum Nolanum, de nola pro Campana mentionem fecisse Fabi Quintil. in orator. institution. lib. 8. cap. ult. quem refert Angel. Roccha tract. de Campan. cap. 2. pag. 19. & sequitur Barbof. in ver. decis. d. lib. 3. voto 102. num. 8. & Gregorius Presbyteram, qui tempore B. Gregorii Magni Antecessoris Sabiniani, legitur Beatum Theodorum Archimandritam tinnibula benedixisse, teste Delrio *disquis. Magic. lib. 6. cap. 2. sec. 7. cap. 2. in fine, fol. 208.* Certum enim credo usum campanarum Romanis necum fuisse; quandoquidem ad ipsarum sonum in thermis Diocletiani conveniri solebant, de quo est illud Martialis: *Redde piam sonat as Thermanum*; & de aliis videndus Delrio d. lib. 2. cap. 25. num. 133. Et apud Genules similiter videndus que tradit Novatimus d. cap. 27. num. 134. Ex quibus Angelus Roccha cap. 1. §. part. 3. Barbof. d. voto 102. num. 78. existimant usum, qui in aliquibus partibus invaluerat pulsandi campanas, tempore videlicet S. Hieronymi, cum quibus consentit Gavantius statim citandus, in universali Ecclesia, decreto & jussu Sabiniani Papæ introducum fuisse; cum non solum ante ipsum, verum etiam ante Christi Domini nostri adventum campanas in usu fuisse ex Angelo Roccha

notavit Gavantius in Rubr. Missalis par. 1. tit. 20. de præparat. Altar. vers. Parvula Campanula.

Unde cum rem nequaquam à principio retro investigare possimus, ut notant Duran. *supra* num. 13. Barb. num. 10. placet mihi sententia Vulfrii Strabon. lib. de rebus Ecclesiasticis. c. 5. quem sequitur Suarez num. 4. asserentis; Campanarum usum non fuisse in primitiva Ecclesia, quia propter multitudinem Gentilium, & vim persecutionum, vel non erant Tempa publica, vel publice celebrari non poterant conventus fidelium; quare non ad sonum aliquem, sed annunciando in uno Conventu alium, vel scipis tabulis illum indicendo, vel privatim singulos per Cariores, vel Diaconam inonendo conveniebant; ut ex Epistolis Ignatii 11. & 13. tradit Baronius Anno 8. num. 102. Quare verisimiliter conjectari potest cessante persecutione, Temploque licentia Constantini magni Anno 324. erectis, Campanarum ritum fuisse introducum, qui postea universalis & summa traditione probatus fuit, ut Suarez *supra* num. 4. animadvertit, de qua videtur plura Cotouus in Theodoro 10. lib. 3. art. 6. & extans plura testimonia in antiquis, de quibus videtur potest Card. Baron. Anno 616. qui eo tempore ostendit quam id frequens fuerit in Ecclesiis Occidentis: & memoratum Senonensi campanæ sonum ad septimum usque urbis miliarium auditum fuisse referunt Cotouus & Suarez *supra*, Barb. d. voto 102. num. 10. quod mirum nobis videri non potest, qui Cæsaraugusta in Aragonia nati sumus, ubi insignis ubique terrarum extar altissima turris, quæ Turris nova vocatur, in umbilico urbis sita, & illustrissima totius non solum Hispaniæ, verum etiam multarum aliarum Provinciarum exiit, quæ etiam longitudinali, latitudine, fabrica, & magnificentia alias omnes longe superat, & antecellit, & tantum deservit pro majori Horologio, quod in Oppido de la Muela duodecim miliaribus ab urbe distans, sepe horas sonante auditum fuit, cuius rei inter ceteros ego sum testis: sed post hæc scripta, injuria temporis rupta est illa insignis campana, sonique ferè deperditus: Insuper de anno 730. de tinnibulis mentionem facit Alcuinus de officio dionisio, cap. 17. de Cena Domini, qui circa Annum 750. scripsit.

Similem etiam motem campanas maximi ponderis fabricandi, competes Rothomagin Gallia, ubi in Ecclesia Cathedrali adest campana sexaginta mille librarum, ut constat ex inscriptione eam ambiente, qui usus permaxime in Germania superiore viget ferè per omnes Civitates: veterum omnes Europæ superat campana Efordensis in Thuringia excedens Rothomagensem pondere quinque millium librarum, de quibus vide Laur. Beyerlinch in Theatro vite humane, verbo Campana, vers. Moles.

Qua verò de causa in Ecclesia introductæ fuerint? de facili cognoscitur: nam cum ad convocandum Populum opus esset aliquo signo, ut adverteit Suarez *supra*, num. 3. nullum magis conveniens appuique inveniri potest ex parte referri qui longissime audiatur, neque ex parte materia: que durabilis est, & ex parte Ministri qui eam pulsare debet, & facillimè arem nullo Magistro sed tantum natura duce exercere potest. Atque idè campanarum usum necessarium ad convocandum Populum ut veniat ad verbum Dei audiendum judicatur Oldrad. cons. 228. Quod fratres: in princip. Card. Talschus præd. conclus. lit. C. conclus. 18. num. 2. de quo vide Feder. de Senis cons. 152. nu. 4. primè palterigitur campanæ institute sunt ad convocandum populum ad Officia divina, vel ad preces faciendas; dum timentur tempestates que à malis spiritibus sepius excitantur, ut post Ugolin. de Episcop. cap. 51. §. 1. num. 2. docet Tondur. de Sauleger. in question. & resol. benefic. cap. 38. num. 8. Ex quibus campanæ signorum nomine absolute significatur in text. d. cap. Solent. de Conf. dist. 1. & d. cap. 1. & de offic. Custod. & passim apud Doctores, quos sequitur Barb. num. 20. per quorum sonum media benedictione fideles invicem invocantur ad præmium, crescit in eis devotio & fides, mentes ad spiritualia excitantur, & corpora credentium servantur; procul fugantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella: turbinum,

binum, impetus tempestatum propulsantur, dum eas audientes confugiunt ad Ecclesie sanctæ gremium, ut in benedictione ipsarum notatur: de qua latius infra. Prima verò, que solemniter benedicta fuit cum cæronensis facris. reperitur anno 968. in Basilica Lateranensi, Joanne XIII. Papa sedente, ut testatur Baronius tom. 10. in d. Anno ad finem. Cohello in notitia Cardinalatus cap. 45. in fine pag. 315. vide infra num. 77.

47 Pulsantur præcipue ante principium Horarum, ut non solum Populus ad Ecclesiam conveniat ad audiendum, sed etiam ut Cletus ipse nobilior pars, & servitio divino specialiter mancipatus ad annunciandum mane misericordiam Dei & virtutem ejus per noctem convocetur: de quo vide Concilium Colon. cap. 24. Insuper ad Matutinum & Vespertinum Officium, Missæque principium, ad præclaram imitationem Angelicorum Prædicatorum, ut semper Sacerdotes prædicent lamentationes, præsentis vite, timorem æternæ gehennæ incutiant, & ad Beatorum felicitatem acquirendam excitent fideles: ut adverteit Stephanus Duran. *supra*, num. 5. qui usus apparet ex Concil. Toletano 2. cap. 2. de offic. Custod. & ex c. Studant, in prima compilatione, quod prætextum est in Gregoriana, cap. Presbyter, dist. 91. latè cum pluribus Steph. Durand. num. 3. & 4. unde Campanæ usum ad multa valere ostendit Glossa in extr. vic. de offic. Custod. per hos versus, quos nomine campana scripsit.

48 Laudando Deum verum, Plebem voco, congrego Clerum: Defensum ploro; Pestem fugo, Festum decoro. quos etiam reperies apud Marantam, ubi plures citat, to. 2. controv. resp. 22. num. 18. & Herrera quos sequitur Barbof. d. voto 102. num. 20. Et hac ratione in Oratoribus privatis ponit abque Episcopis licentia non licet, cum ad loca illa universis Populus minime convocetur, ut post DD. in d. cap. Patentibus 10. de privil. notant Fusc. de vistr. lib. 1. cap. 14. num. 5. Franc. Tondur. de Sauleger. in question. & resol. benefic. cap. 26. num. 14. par. 1.

51 Variis ac necessariis rebus deservunt, nam ad distinguenda tempora, horaque designandas opportuna sunt; tempore belli ut ad arma capessenda concitentur cives, quibus victoriam & triumphum prænunciant, & dum læto & murmuri applausus miscentur, dum eo modo & tempore pulsantur, ad communem provocant gaudium: vel etiam quando lugubrem ululatum, mestitiamque perferrunt in mortuorum defunctionem, communem omnium interitum omnes admonent, & ad orandum pro ipsi nos provocant, teste Beyerlinch *vers. Earum Typi, usus & abusus*: Et de diversis finibus ad quos campanæ pulsantur, eorumque significatu, vide Durand. in Ration. lib. 1. cap. 4. & plures apud Quarantam in Summa Bullarum, verb. Campana, in addit. in princ.

52 Earum usus à veteri Testamento originem sumpsit: Nam ut legitur in lib. Numerorum cap. 11. Dixit Dominus ad Moysem: fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem quando movenda sunt castra. Insuper non solum in Levit. cap. 23. in festivitatibus Populum tubis clangentibus solium esse convocati, seu admoneri colligitur, verum etiam Joel. 2. per hæc verba: *Cantate tubam in Sion*: quibus præcipue in funeralibus utebantur Hebræi: de quo latè Illustrissimus D. D. Petrus Apaolaza Archiepiscopus Cæsaraugustanus in mensa Eucharistica par. 2. fol. 419. num. 38. Harum vero tubarum formam exprimit Josephus lib. 3. antiq. cap. 11. atque illius extremitatem designare in Campanellæ formam; quem sequitur fuit Steph. Duran. d. cap. 23. num. 3. vide etiam Delrio *disquis. Magic. lib. 6. cap. 2. in fine, vers. Observa*. Et hodie idem apparet in iis quibus non utitur. Et idè quod in veteri Testamento Tubæ erant, id in Novo esse campanas, tradit Rupertus Abbas, quem sequitur Beyerlinch d. verb. Campana, *vers. Earum Typi, usus & abusus*. Unde licet Hæretici valde irrideant suis venenatis linguis nostram Christianam pietatem, tamen eorum impudentia fatis retunditur ex ipso loco Num. 10. *supra* citato, ubi distetè ait Dominus Populo se excitari ad misericordiam Tubarum clangore, ibi

Clangetis ululantibus tubis, & erit recordatio vestri caram Domino Deo vestro, ut erumini de manu inimicorum vestrorum. Exinde eos qui pulsant campanas, sacris vultu superpelliceis indui Conc. Colon. par. 3. cap. 31. Gavant. in Rub. Miss. par. 1. tit. 20. vers. Ceterum misericordiam sol. 77. quia loco misericordiam Dei ex d. loco Numerorum annuntiant campanæ, Gavant. in Rub. Miss. pag. 1. tit. 20. lit. C. Conveniens igitur erat ut fideles ad sonum campanæ convenirent, quia in Veteri Lege Hebræi ad sonum Tubæ conveniebant; nam & clarior, & jucundior noster sonus esse debebat, ut intelligamus quod antea notus erat: Deus in Judæa tantum, nunc verò in omnem terram sonas Catholica veritatis exivit; ut optimè adverteit Guillelmus Duran. in Ration. lib. 1. cap. 4. num. 3.

Benedicuntur insuper campanæ ex sententia Patrum in Concil. Colon. 3. cap. 14. tom. 3. Conciliarum fol. 807. ut sint tubæ militantes, quibus convocetur populus ad audiendum verbum Dei. Item ut demones tinnitu eorum Christianos ad preces concitantium terreatur, ut notavit Steph. Duran. d. cap. 23. num. 6. Cresp. d. ver. audita Campana: cujus sonitu demones mulieres quoddam obidentes eas delevisse fugamque arripuisse auctor est Paulus Guilandus tract. de foris. quem sequitur Stephan. Durand. *supra* num. 4. & plures apud Delrio *disquis. Magic. lib. 6. cap. 2. vers. ultimum accedat*: Baron. tom. 8. anno 615. num. 14. Suarez in defensione fides, lib. 2. cap. 15. num. 6. Barbof. num. 27. Beyerlinch in Theatro vite humane, verb. Benedictio, *vers. effectus benedictionum Campanarum*. Est tempestates fugantur, omnes insidiæ inimicorum desituuntur, prout hæc & alia in benedictione illarum inveniuntur; de quibus Guillel. Dur. in Ration. lib. 1. cap. 4. num. 2. quatum rerum mirabilem virtutem benedictioni tribuitur; ut denotent preces que ex formula Ecclesiæ in earum benedictione proferuntur, quæ videtur possunt in formula benedictionis quæ extat in Pontif. Rom. quod Ordo Romanus inscribitur; & recensentur in Conc. Colon. sub Anno 1536. celebrato: & probat Delrio *disquis. Magic. d. lib. 6. cap. 2. vers. Observa hic leior*: & plures apud Barbof. d. voto 102. num. 25. ubi de mirabili campana, in qua reperita fuit imago Virginis Mariæ del Pulchre prope Civitatem Valentiam in nostra Hispania, tractat Beyerlinch *vers. earum Typi, usus, & abusus, incho. versu Campana per se sonantes*.

Hæc autem benedictio, que ab aliquibus male Baptizatio appellatur, ut videtur est per ea que scribit Duran. d. num. 6. antiquissima est; ut probat Card. Hostius contra impissimum hereticum Brentium, in prolegomen. ubi læte probat campanas benedicti, non baptizari; & nos latius statum: nam de hac benedictione mentio habetur tempore Gregorii Presbyteri, qui temporibus D. Gregorii Magni floruit, & hunc morem etiam olim Greci servaverunt teste Delrio *supra*, licet alii Joanni XIII. Pontifici sub Anno 968. attribuant, de quo videndi sunt Barbof. & ab eo allegati d. voto 102. num. 23. Et de alia magnæ molis campana, quam Ottho Imperator dum Romæ moraretur, in primaria Lateranensi Ecclesia, recenter are sulam benedicti præcepit, hanc nomine imposito, & in Campanam fecit collocari, latè Beyerlinch *in Benedictio Campanarum*: sed male, cum Alcuinus, qui per multos annos Joannem præcessit, hujus benedictionis mentionem faciat, ut videre est per ea quæ tradit Beyerlinch ubi proxime: Alcuinus enim qui anno 770. floruit in lib. de divinis Officiis agit de hujusmodi benedictione dicens: *Neque novum videtur debet Campanas benedicti, eis que nomen imponi &c.* de quo vide plures apud Barbof. d. voto 102. num. 21. usque ad 23. ubi modum benedicti adducit: & tempore D. Gregorii hanc benedictionem in usu fuisse tradit Delrio *disquis. lib. 6. cap. 2. in fine*.

Ex dictis patet causa erroris, quare aliqui baptizari campanas putantur, quarum benedictio à Gallis Baptizatus nuncupatur, cum propriè benedictio sit, ut notavit Suarez *supra* num. 19. Delcius & communiter Doctores, quibus adde Beyerlinch ubi proxime, & Barb. cum pluribus d. voto 102. num. 14. Unde bene notavit Baron. tom. 10. Annal. Anno 986. pag. 810. vulgi esse errorem, pro arbitrio utentis



Quomodo conveniant ad suas falsas orationes, ibid.  
 Campana proprium instrumentum Christianorum, 92.  
 Demones quantum sonitum timent Campanarum, 93.  
 Quare in Campanis, sive in turri, ponuntur, 95, 112.  
 Hebraei quare legit volumen in turriculis ponebant, 96.  
 Episcopi prohibere potest ne Campana absque benedictione pulsantur, 97.  
 Campana benedicta pro usu profano servare non debent, 98, 101, 168, & seqq.  
 Caroli V. mirabile exemplum de Campana castigata ob malum eius usum, 99.  
 Campana benedicta quibus Laici ad usus profanos utuntur, sonum amittunt, 100.  
 Campana benedicta potest prohibere Episcopus reponi in turri profana, 101.  
 Et ne ad usus profanos pulsantur, ibid. & 168. & quando e contra, ibid. & seqq.  
 Campana benedicta, & Chrismatis delibutio, munus est Episcopi, 102.  
 Abbas an possit benedicere, & Chrismate ungere Campanas, 103.  
 An possit ad usum Ecclesiarum non sibi subiectarum, 104.  
 Pralati benedictionem Campanarum quando possunt delegare, 105.  
 Adificia turris illustrantur, 106.  
 Turres in edificis quare ponantur, 107, 114.  
 Turri destructa, tota expugnata civitas, 108.  
 Turris Angelica custodia appellata, 109. ubi de aliis, 115.  
 Campanis eversis stipendium miraculum a S. Petro paratum, 110.  
 Turres unde sic dicitur, 111.  
 Ara item a quo denominatur, ibid.  
 Turres in castris loca sunt munitioris, 113.  
 Turres de quo serviant in vita, 114.  
 Turres habere Nobiles in domibus gloriosam erat, 115.  
 Angelorum Regina Turris appellatur, & quare, 116.  
 Turrium antiquitas, 117.  
 Turrium insignium exempla, ibid.  
 Caesar Augustus insignis turris, que nova appellatur, 118.  
 Turris Ecclesie pars, & Campanile appellatur: & ad quod serviat, 119.  
 Campanile ut in Ecclesia fiat, & turres, non parum interest, 120.  
 Ad cultum Dei, & Sanctorum spectat plures habere Campanas, 121.  
 Ecclesie Cathedrales cur plures Campanas quam inferiores habere debeant, 122.  
 Plures habere Campanas honor est Cathedralis, 123.  
 Quilibet Ecclesia unam potest habere Campanam, 124.  
 Tinnibulum quod sit numerus diversus, 125.  
 Usus cuiuscumque tinnibulum in particulari, 126.  
 Campana de quibus in presenti, maiores intelliguntur, 127.  
 Regularibus una Campana permittitur Mendicantibus, 128, 131.  
 Contrarium, ubi viget consuetudo absque lite, 129.  
 Solum Papa potest concedere Mendicantibus plures habere Campanas, 130.  
 Quomodo permittatur Regularibus pulsatio Campana, 131.  
 Fratres Predicatores non possunt habere nisi unam Campanam, nec privilegium habent pulsandi plures, 132.  
 Ideo nec alie Privilegiones ex participatione, 133.  
 Prohibitis habendi pliusquam una Campana Regularibus facta, non est usu abrogata, 134.  
 Consuetudo habendi plures Campanas in Ecclesiis Regularium ut abrogaretur iuris dispositionem, univocalis esse debet, 135.  
 Non esse unam versalem probatur, 136.  
 Hec consuetudo ex quo deducatur, 137.  
 Consuetudo contra constitutiones in Regula S. Dominici, & Augustini, non valet, 138.  
 In constitutionibus S. Augustini prohibentur Fratres ne habeant nisi unam Campanam, 139.  
 Extrav. unic. de offic. Custod. quare Regularibus prohiberetur habere plures Campanas, 140.  
 S. Carolus prohibuit haberi pliusquam unam Campanam, 141.  
 Qua sunt facti probari debent, 142.  
 Doctores attestant de consuetudine quando creditur, 143.  
 Viro clarissimo non creditur quando de se ipso loquitur, 144.

Nec in praedictum Tertii, 145.  
 Circa prohibitionem Campanarum an subsint Regulares Episcopi, 146.  
 Religiosi quare unam tantum habent Campanam, 147.  
 Fratres Minores licet servant, ibid.  
 Eremitoria, vel sacella, unam tantum habere possunt Campanam, 148.  
 Parochiales quantas possunt habere Campanas, 149, & seqq.  
 Ex facultate habendi Campanas, Parochialitas probatur, 150.  
 Ecclesia Collegiata quantas possit habere Campanas, 151.  
 Cathedralis quantas potest habere Campanas, 152.  
 Cathedralibus quare plures Campana debeantur, 153.  
 Septem Campanas quare habeant Cathedralis, 154, & seqq.  
 Ceremonia que a Lege Moysi initium habuerunt, 155.  
 Tuba in Lege Moysi idem quod Campana in Lege Christi, 156.  
 Campanarum inferiorum Ecclesiarum taxatur pondus ne Cathedralis officiant, 157.  
 Cathedralis possunt prohibere inferioribus ne numerum augeant Campanarum, 158.  
 Consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu, 159.  
 Ecclesia iuxta Cathedralis edificat quando potest uti Campana, 160.  
 Campana non possunt pulsari in inferioribus Ecclesiis die Sabbati sancti antequam Cathedralis illas pulset, 161, 179, & seqq. Secus ad Missam.  
 Campana in funeralibus pulsantur, 162.  
 Differentia pulsandi Campanas in funeralibus unde originem trahat, 163.  
 Et de modo pulsandi pro viris, feminis, & Clericis, ibid.  
 Apud antiquos differentia canendi tuba in funeralibus, 164.  
 Decem tube solum poterant adhiberi, ibid.  
 Hebraei in funeralibus Nobilium tubis utebantur, 165.  
 In funeralibus pauperum erant diverse, 166.  
 Tube, Tibia, & Buccina differentia, 167.  
 Campana an pro usu profano pulsari possint, 168.  
 Communitas quando potest per sonum Campana vocari, 169.  
 Pulsans Campanam, seu iubens pulsari pro reo insequendo, quando irregularitatem incurrit, 170.  
 Quid in Episcopo, vel Ecclesiasticis non prohibentibus, 171.  
 Episcopus quando possit dare licentiam, & Clerici, sonandi pro hostibus fugiendis, 171.  
 Officium, quod sine peccato exercere non potest, relinquendum, 172.  
 Episcopus, & Predicatores quomodo possint hortari ad Iustitiam, etiam si mors sequatur, 173.  
 Pulsans, vel mandans pulsari Campanam quando reus dicitur ad supplicium quo casu irregularitatem incurrit, 174.  
 Reos sanguinis quare defendat Ecclesia, 175.  
 Malleus Campana cadens dum pulsatur, si aliquem occiderit, an pulsans ex eo efficiatur irregularis, 176, 178.  
 Pulsans Campanam, vel alium actum faciens, quando irregularitatem incurrit, si ex illo actu, casu aliquo, quis fuerit occisus, 177.  
 Laici, quando licite possunt pulsare Campanas, 178.  
 Prerogative Campanarum Cathedralium, 179.  
 Ecclesie proprie, vel extra muros constructe, non possunt pulsare Campanam die Sabbati Sancti antequam Cathedralis suas pulset, 180.  
 Idem privilegium extenditur ad Ecclesiam Parochialem, seu matricem, 181.  
 Sabbato Sancto excepto, aliis diebus licita est pulsatio, antequam Cathedralis pulset, 182.  
 Secus autem esset si ante consuetudine, 183.  
 Regulares quo casu prohiberi non possunt pulsare Campanas, antequam Cathedralis, 184.  
 Stante consuetudine immemorabili, prohiberi nulla Ecclesia potest, ibid.  
 In civitate Casarugustana pulsari non poterant Campana antequam Cathedralis pulset, 185.  
 Testes quomodo deponere debeant ad probandam immemorabilem consuetudinem pulsandi ante Cathedralis, 186.  
 Qui sint idonei testes ad hoc probandum, ibid.

Regulares pulsandi Campanam antequam Cathedralis, die Sabbati Sancti, an possint puniri ab Ordinario, 187.  
 Immoderatus sonus Campanarum Cathedralium prohiberi non potest, 188.  
 Cathedralis potest prohibere inferioribus pulsationem, que ei officit, 189.  
 An idem in aliis Ecclesiis inferioribus, 190.  
 Cognitio circa hoc Ecclesiastico Iudici competit, 191.  
 Doctores possunt prohibere immoderatum sonum Campanarum, 192.  
 Campana silentio tempore Interdicti, & quare, 193.  
 An Cathedralis possit pulsare Campanam tempore Interdicti, 194.  
 Cathedralis observante Interdictum, cetera Ecclesia illud observare tenentur, 195.  
 Ratio convocationis Cleri ad divina non probat licitam pulsationem in Cathedrali, 196.  
 Tempore Interdicti convocandus Clerus per lignum sacrum, 197.  
 Prohibito sonitu Campana non est prohibitus sonitus signi per lignum sacrum, ibid. & 198.  
 Prescribi potest Cathedralibus ut unam habeant Campanam pro tempore Interdicti, 199.  
 Pbinam viget consuetudo unam pulsandi Campanam tempore Interdicti, 200.  
 Campana quare sileant in triduo maioris hebdomade, 201.  
 Altaria quare illo tempore deudentur, 202.  
 Candela quare illo tempore extinguantur, una excepta, 203.  
 Campanile immunitate gaudet, 204, & quare, 208.  
 Ariga sive campana quando immunitate gaudet, 205.  
 Pessus quot peccatis consistit, & quomodo dimittatur, 206.  
 Pessus mensura, 207.  
 Usus Campanilis non permittitur absque Episcopi licentia, 208.  
 Campanile situm extra mœnia urbis an gaudet immunitate, 209.  
 Campana cuius expensis fabricanda vel reparanda, 210.  
 Forenses, & invole an tenentur contribuere pro campanis que fabricantur pro commoditate venientium ex agris, & c. 211.  
 Crimini contra Campanile, vel campanas commissa, quomodo, & a quo punienda, 212.  
 Cura campanarum ad quem spectet, 213.  
 Pulsatio cui incumbat, & a quo precipi debeat, ibid. & 214.  
 Licitia non est licita nisi de licentia custodi, 215.  
 Vicinis an liceat Campanilis edificationem impedire, 216.  
 Edificare an liceat, si ex edificio pateat aspectus ad monasteria Monialium, 217.  
 Molestia sonituum campanarum an sufficiat pro impedienda edificatione, 218.  
 Philippi Quarti Hispaniarum Regis rarum tolerantie exemplum, circa sonum campanarum, 219.  
 Campanarum contemptus est causa mixti fori, 220.

**D**E campanis acturi, si forte videbitur alicui assumptum inutile, facile respondemus ex totius huius Capituli serie: Est enim Campanile, & campana unum ex necessariis requisitis Ecclesiarum, cujus edificationem illustrat Ecclesiam, & propter ejus pulchritudinem & impensam, celebre sit Templum in quo reperitur, ut de Campanili Ecclesie S. Lazari Heduen. in Gallia: & de alio in Collegiata B. Mariæ in Burgundia, tradit Chassaneus in Catalogo gloria mundi, 12. par. confid. 64. Quare ut rem totam a suo principio investigemus, sciendum est, campanam instrumentum esse ad pulsandum idoneum, habens introsum pensilem & mobile malleum, quem Kophalum dicunt, teste Laurentio Beyerlinch in Theatro vite humane, verbo Campana, a quo sumptit Barbofa in votis decif. lib. 3. voto 102. num. 4. sic appellatam, quia Nola, que est Civitas Campanie in Regno Neapolitano, primò adinventæ, & fabricatæ fuerunt campana, ut notat Jo. Adva de benef. 1. p. quest. 5. nu. 50. Durand. in Ration. divin. offic. lib. 1. cap. 4. plures apud Barb. sup. n. 6. & 7. Unde non solum Campanas verum etiam Nolas ab ipsa Civitate appellatas fuisse, notat Strabo de reb. Ecclesiast. num. 5. Steph. Durand. de Riti. bus Eccles. lib. 1. cap. 22. num. 1. vel ut alii voluerunt, Campana maiores à Campania, & Nola, id est minores, à Nola

civitate Campanie dicte fuerunt; ita Durand. in Ration. divin. offic. lib. 1. cap. 4. in princip. Pold. Virg. de invent. rerum, lib. 3. cap. 18. Selva de benef. lib. 1. quest. 5. num. 50. Deltio disquis. Magi. lib. 6. cap. 2. in fine, vers. Observat hic lictor. Signa enim appellata sunt in Concilio Cabilonensi, de quo est text. in can. solent, de Consecr. dist. 1. Tintinnabula, ab eorum sonitu, ut observat Barb. sup. num. 14. & de eis fit mentio, licet à Barbof. omitatur, in text. in cap. 1. & 2. de offic. Custod. ubi Signa etiam tintinnabulorum appellatur: & de aliis nominibus videndi Steph. Durand. & Barb. locis superius citatis, num. 14. Gavant. in Rub. Miss. p. 1. tit. 20. lit. C. verbo Parvula Campanula. Similiter & etiam de campanis fit mentio in cap. In causis, de elect. cap. Joannes, de homicid. cap. Potentibus, de privileg. cap. fin. de sentent. Excom. c. Nimis iniqua, de excess. Pralat. Quando vero fuerint inventæ dubitant Doctores: quidam enim existimant repertas fuisse Anno 400. à Paulino Episcopo Nolano: inter quos ita tenet Beyerlinch in Thbar. vite humane, lib. 1. verbo Campana in princ. quam opinionem vulgo attribuit Steph. Durand. suprà num. 3. quem sequitur Gavantus suprà. Quam vulgi sententiam erroneam demonstrat Guido Panciroli in addition. ad tract. de Campanis, quem edidit Roccha de Campanis, in addit. rerum memorab. recentior inventar. par. 2. tit. 9. de Campanis. Sed vera antiquior est usus; nam de eis sapissime habemus ante Paulinum memoriam, & de eis fit mentio recentis circiter annis ante Paulinum, ut probat Doctores quos sequitur Barbof. num. 8. & de innumeris antiquitatibus ubi mentio de his fit, videndus Navarrus in schediasticis sacroprofanis, lib. 1. cap. 25. & 27. per totum, & earum usum ad Græcos Anno 865. translatum à Venetis docet Baropius eodem Anno num. 101. tom. 9. D. his etiam in veteri Testamento mentio fit, quando Moyfi Dominus præcepit, ut vestem faceret summo Sacerdoti septuaginta duas campanas habentem, que sonarent cum Pontifex in Sancta Sanctorum ingrederetur: Malac. 2. de quo est text. in cap. Sit Reitor, 43. dist. de quo etiam vide Navar. suprà cap. 25. num. 126. ubi num. 136. aliqua non injuncta reperies, que ad nostrum institutum non spectant. Insuper apud Hebræos erat pectus que habens tinnibulum aliàs præcedebat pecudes, quem usum hodie servamus, appensus in equorum frenis tintinnabulis, & in capillis Briatorum, & quidem benedictis ne lue pereant, ut tradit Novar. d. lib. 2. cap. 25. nu. 129. quem etiam usum fuisse Gentilium ad varias functiones prosequitur ex num. 30. ad 134. Insuper & D. Paulo 1. Cor. 13. ait: Si linguis hominum loquar & Angelorum, Charitatem autem non habeam, factus sum veluti as sonans, aut cymbalum tinniens. Ad eam eadem memoria in lib. Numer. cap. 12. ubi præcipitur fieri 16 tubas argenteas, quarum loco succederent campanæ: Card. Tusc. præf. Conclus. lit. C. conclus. 18. nu. 12. Oldrad. conf. 282. num. 3. Quare ut ad nostrum institutum proprius accedamus, nec de campanis simpliciter, sed de usu campanarum in Ecclesia necessario fieri debet sermo: qui quando inciperit, non satis constat: ut erudit Doctores voluerunt: cum quibus statim Suarez de defension. fidei, lib. 2. cap. 1. num. 3. Pold. Virg. de invent. rerum lib. 3. cap. 18. Cyprien in summa Eccles. discipl. verbo Campana. Et relicto usu Græcorum, quos Anno 866. à Venetis campanarum usum sumpsisse, authores sunt quires Venetas scripserunt, cum quibus convenit Baronius d. Anno num. 101. vel 867. usque ad quod tempus lignis sacris pro campanis utebantur, ut ex eodem Baron. Anno 58. in fine, notavit Suarez dist. nu. 3. Beyerlinch verbo Campana, vers. Qui de reb. Venetis: de quo etiam vide Barb. d. voto 102. num. 10. vers. Alud rament. Apud Latinos verò multo ante de Sabiniano Papa, qui S. Gregorio magno in Pontificatu successit, & Anno 604. Ecclesiam Catholicam gubernavit, ut scribit Illeacas in eius vita; Constat quod Horas Canonicas in Ecclesia distribuit, eisque nomina imposuit, & campanam ad convocandum Populum pulsari iussit; ut idem tradit Illeacas, & ceteri vitas Summorum Pontificum scribentes; quam etiam sequuntur Martinus Polonus in Sabiniano, & Steph. Durand.



73 tis vocibus, & dicentis baptizari campanas, cum ab Episcopo benedicuntur: vide Barb. d. voto 102. num. 26. nam cum Templum dedicantur, pari modo benedicuntur, & tamen lato modo Baptizari etiam dicuntur; ut probat Ivo serm. de sacra dedicatione, ibi: *ipsum Templum suo modo & ordine baptizamus*. Quare licet Carolus Magnus Francorum Rex, ne quis *Clochas*, id est campanas baptizet prohibuerit, hoc non de nostra benedictione, sed de superstitiosa quadam baptizazione, & intinctione campanarum in aqua, quae illo tempore fiebat, intelligitur, ut optime observavit Deltius, & Beyerlinch *supra*; & ita ratione aquae benedictio qua asperguntur, quae Baptismum significat, baptizati dicuntur, & eo modo quo Ecclesiam baptizari diximus, ut notavit Guilielmus Duran. in *Ration. lib. 6. quem sequitur Joan. de S. Maria in Triumpho Aquae benedictae, 3. par. cap. 2. num. 4. Duran. de Ritib. Eccl. d. c. 23. num. 6. ubi notat, antiquitatem hujus ritus, licet principium ignoret, quod adduximus supra, num. 46. Quate ista benedictio, quae impropiè Baptismus ab aliquibus dicta est, non de Baptismo quo peccata remittuntur, intelligitur, ut impie Calvinistae nobis obiciunt, ut videre est per plures apud Barbof. num. 24.*

74 Quibus omnibus, de facili capitur impudentia haereticorum, & ora eorum venenata obturantur: quandoquidem omnia haec sanctissima, purissima, & veteri Religioni consona sunt, ut optime notavit plures apud Deltium *supra*, & quibus haereticis etiam S. Augustinus respondet *epist. 138. cap. 5. inquit: Si quid per totum orbem observat Ecclesia: quin ita faciendum sit disputare, insolentissima insana est. Et quod alibi ait: non esse credendum, inanes fieri, ubi univèrse Ecclesiae claret auctoritas*. Ritibus vero hic rationi conformis est, & usui Ecclesiae apertissimus: nam Paulus ait 1. ad Timoth. 4. Creaturam omnem Verbo Dei, & Oratione sanctificat; unde legitur *Matth. cap. 14. Christum Dominum ad multiplicandum panes, benedictione usum fuisse, ad caelum oculos levando: & Marc. 6. pisces benedixit: & Luca 24. benedixit panem, per cujus fractionem voluit à Discipulis cognosci: unde ad ejus similitudinem in Ecclesia sancta benedictiones aquae lustralis, panis, olei, cerei Paschalis, & aliae plures inventuntur; ut optime ad haereticorum confusionem notavit Suar. in *defens. fidei, lib. 2. cap. 16. num. 5. & 6.**

75 Ad campanarum pulsationem fuerunt plura miracula patrata, veluti illud quod refertur in vita S. Eligii Noviomensis Episcopi apud Surium *tom. 6. & tradit Navarinus dicit. cap. 27. num. 133. qui cum suam Diocesim visitaret, & interdiceret ne in Basilica Officia divina celebrarentur, Presbyter illius parvi pendens mandatum, campanam hora solita pulsari praecepit, quae quasi rationis participes Beato Viro obtemperans, nullum reddidit sonum, quod per triduum multones accidit: donec penitentia cum satisfactione peracta, conciliato loco, mox campana sonum edidit, ut prius consueverat: & de alio simili miraculo vide Suarez loco supra citato: Insuper de miraculo alio à S. Medardo operato, adversus hominem qui bovem subripuerat, qui ad collum tintinnabulum cum Domini signo appensum habebat, quod cum ablatum fuisset à collobovis, nunquam sonare cessavit, nec etiam confractum, donec attonitus fur, crimen agnoscens, bovem restituit: vide eundem Navar. *lib. 2. cap. 25. num. 128. & de alio stupendo, Petrum vener. Abbat. Cluniac. lib. 1. Mirac. cap. 13. Beyerlinch d. verbo, Campana, vers. Earum typi, usus & abusus, lit. H. ad sonitum campanae fugari hostes; quae omnia non nisi virtuti benedictionis illarum attribui possunt, non verò naturali cause, ut male censuerunt Mexia in *sylova varia historia, lib. 2. cap. 16. & alii quidam, qui bus satisfacit Barb. ex num. 25. ubi mirabilem & omnem admirationem superantem campanam de Bellia in nostro Archiepiscopatu Caesaraugustano, à villa de Bellilla sic appellatam, ex Dominio temporali Marchionis de Ofera, miris prosequitur laudibus, quae sepius antequam aliquod***

76 mali Christianitati obveniat, ipsa per se, nulla humana actione procedente, sonat, & pulsatur, lingua ejus circumveiente totam campanam, & in modum fulguris coloratum suum transfundente, & versus illam partem quiescentem alicantulum, ubi clades vel malum imminet: de qua re videndus Doctissimus Antonius Augustinus de *nummis, Dialog. 6. pag. 194. & innumeris quos refert Barbof. d. voto 102. num. 28. quae etiam in occasione B. Martyris Petri de Arbues vulgariter dicti del Sancto Mastrepila Canonici nostrae Metropolitanæ, & primi contra haereticam pravitatem Inquisitoris, dum matutinis Horis media nocte intervenit, ab ipsis Judaeis occisi, quibus exofus factus fuerat, mirabiliter sonum dedit: videndi Anron. Augustinus in *Dialogo Mediar. dialogo 6. Murillus in fundatione Capelle Beate Mariae del Pilar, tract. 2. cap. 22. Blasius de Lanuza tom. 1. histor. cap. 16. & de alius per se sonantibus, & quod mali portendant, videndus quoque Beyerlinch, dicto verbo Campana, vers. Campana per se sonantes.**

77 Quae ratione existimo in odium Christianorum demonem intruduxisse apud omnes Infideles, & haereticos Hugonotos, praecipue apud Turcos, ne campanis utantur; imò eis bella indicant, & Christianis in sua ditione degentibus prohibeant illarum usum in suis Ecclesiis, ut notavit Hieronymus Mag. *tract. de Tintin. cap. 15. Angelus Roccha de Campan. cap. 1. pag. 2. Barbof. dicto voto 102. num. 12. vers. Infideles. Duran. de ritibus Eccl. dicit. cap. 22. num. 7. haec eas multum commendare dicit cum pluribus Ficus de visitat. lib. 1. cap. 4. num. 1. ubi modum quo Turcae conveniunt ad Alcorantum, & Judaei ad suas sacras ceremonias refert, de quo est etiam Gloss. in *Clem. 1. de Judaeis & Sarac. Ideoque proprium instrumentum esse Christiane Religionis satis apparet, demonibus infectum, Christianis verò utilissimum: Dæmones enim sonitum campanae, & Ecclesiam militantem eodem modo timent, quemadmodum Tyrannus reformidat tubas Potentis Regis adversarij sui; ita Duran. in *Rat. dicto lib. cap. 4. num. 14. Nec mirum; cum ut dictum est, earum pulsatio ideò introducta sit, ut Populus, & Clerus ad audiendum mane misericordiam Dei convocetur, de quo est text. in *cap. Iohannes, de homic. Joannes Selva de benef. lib. 1. cap. 5. num. 50.****

78 Ponuntur in campanis, hoc est in alto & elevato loco, qui Turris Ecclesiae est, ut ab omnibus exaudiantur; ut tradit Angelus Roccha *tract. de Campan. cap. 2. pag. 20. Qui ritus etiam ab Hebraeis desumptus fuit, quandoquidem illi Legis volumen in Turriculis argenteis cum duabus hastilibus imponebant, circa quae Legis liber volebatur, pendebantque à Turriculis tintinnabula, ut idem advertit Novar. ubi proxime, num. 134.*

79 Ex dictis patet, posse Episcopum prohibere ne Campana pulsentur absque benedictione, ut censuit Sacra Concilii Congregatio in *Aprutina 5. Julii 1614. quam refert Barbof. in summa Apostol. Constit. Collect. 82. num. 2. & dicit. voto 102. num. 36. & in Pastor. alleg. 27. num. 18. & de iure Eccl. univ. ver. lib. 3. cap. 3. num. 68. quod idem S. Carolus Borromaeus speculum Praetolorum praecepit, ut refertur in *Actis Ecclesiae Mediolanensis, par. 4. dist. fabric. Eccl. lib. 1. cap. 24. p. 86. col. 2. Patet etiam campanas benedictas seu consecratas, quae in Turri profana collocatae fuerant, nullatenus usui profano inservire debere, etiam si ad hunc usum à secularibus fabricatae fuerint, ut sacra item Congregat. Regul. censuit in *una Papien. de anno 1581. quam retulit Barbof. in Pastor. alleg. 27. num. 48. & d. Collect. 82. num. 1. & d. voto 102. num. 28. & ideò usurpantes eas ad seditiones excitandas, vel alios similes usus, eis abutuntur. Quapropter Carolus V. Romanorum Imperator & Hispaniarum Catholicus, & invictissimus Rex, in Gandaveni Flandriae Civitate, majorem campanam, quam ad hunc finem cives habebant, & Roland nomine appellabant, comminui iussit, prohibens insuper ne similibus haberent instrumentum, & fragmentum reliquit; quod raucò murmure sonans in memoriam supplicij maneret: refert Beyerlinch dicto verbo Campana, vers. earum typi, usus & abusus, quando autem Laici campanis benedi-***

80 tis ad usum profanos ut voluerint, sonum amiserunt: de quo vide stupendum miraculum apud Baron. *Anno 615, num. 14.*

81 Ex qua benedictione cum campanae res factae fiant, re- & prohibere potest Episcopus, non solum in turri profana eas collocari, verum etiam ne ad usum profanos pulsentur, cum id indecens sit & contra institutum; imò quod magis est, etiam si in turri profana collocatae fuerint, ad usum profanos deferre non debent: ut Sacra Congregatio declaravit apud Barbofam in *summ. Apostol. carum decisionum, verbo Campana, n. 1. vide infra, n. 168.*

82 Quis autem benedicere possit campanas, scire non erit abs re. In qua difficultate breviter dicendum est, hoc esse munus Episcopi, ad quem spectat eas benedicere & Christum ungere: Castaldus in *praxi Caremon. lib. 2. sect. 12. cap. 5. Plures apud Barbof. de Viro. Iure Eccl. lib. 1. cap. 11. §. 2. num. 105. & repetit lib. 2. cap. 3. num. 67. quod idem isdem Auctoribus citatis ante dixerat in Pastor. allegat. 27. num. 46. & prosequitur dicit. voto 102. num. 21. Tambur. de Iure Abbat. tom. 1. dis. put. 23. qu. 12. num. 1.*

83 Sed an hoc licet Abbatibus? anceps est quaestio: In qua Marius Antonius *variar. resol. lib. 1. resol. 112. causa, quem sequitur Barbof. in Pastorali, allegat. 27. num. 46. & in dicit. voto 102. num. 22. tenet opinionem negativam, quia haec benedictio videtur Ordinis Episcopalis; & Tambur. ubi proxime ait, de Jure hanc opinionem esse veram: addit praeterea se habere privilegium benedicendi: de quo videndus idem num. 2. & 3. quod privilegium extendi ad Ecclesias fidei pleno jure subiectas, contra Riccium tradit idem Tamburinus ubi proxime, quest. 13. num. 2. Bassius in floribus Theologicis, verbo Benedictio, num. 8. Sed privilegium Innocentio quo fundatur Tamburinus, factum Congregationi sanctae Justinae, etiam pro alienis, revocatum esse, abrogatamque consuetudinem illius pro alienis Ecclesiae, tenet Bartholomaeus Gavantus in *Robr. Missal. tom. 1. par. 4. tit. 19. num. 21. quem sequitur Diana resol. moral. par. 3. tract. 2. resol. 40. ex decreto Congregationis 24. Augusti 1619. quae declaratio non procedit nisi seclusa consuetudine: tenet Tamburinus Romae scribens d. tom. 1. dis. put. 22. qu. 2. num. 2. Cui iterum contradicit Gavantus in *nova editione, num. 22. ubi ait, Sacram Congregationem abrogasse dictam consuetudinem die 18. Augusti 1619.***

84 Sed an hanc facultatem delegare possint Praelati benedicendi campanas? dic quod si interveniat unctio Christum, non possunt; sed quod si non interveniat: ideò campanarum benedictionem non possunt delegare, licet hoc in praxi non servetur: contra quam plures Sacra Rituum Congregatio declaravit; ut videre est per Declarationes quas tradit Barbof. in *collect. Apostol. decision. verbo Benedictio: quem sequitur Bassius ubi proxime, num. 5.*

85 Non solum ergo credo quod in turri ponuntur campanae, ut ab omnibus exaudiri possint, verum etiam ex eo, quia cum in Ecclesia debeant Turres extrui, convenientissimum erat ut campana non in alio loco quam in Turri collocarentur; semper enim omnia aedificia Turribus illustantur, signum enim sunt magnificentiae, gloriae, & majestatis aedificii: unde aliquando in privatis domibus ponebantur, ut exinde pugnautes se defendere ab hostibus valerent. De turribus domorum Genuae, & Pise, probat Benjamin in  *suo itinerario: quem sequitur Novarinus lib. 4. cap. 25. num. 125. quae si fuerent, de facili tora expugnabatur Civitas: ut Hugo Cardinalis dicebat supra, cap. 4. Cantuarum. Ideò S. Gregorius Nyssenus *Homil. 7. in Cantic. Angelicam custodiam Turrim appellat: & cum pluribus aliis videndus doctus & eruditus Novarinus dicto lib. 4. cap. 25. per totum.**

86 Quare Dominus noster Jesus Christus aliquando stupendo miraculo comprobavit, quantum ei placeat laus quae ipsi datur sonis campanarum, Regis Dagoberti tempore, dum Uremarus Praeful Magdeburgi in Flandria Ecclesiam D. Petro totius Ecclesiae Patri, Patrono & Magistro sibi revelanti aedificavit, cum innumeris gloriificavit miraculis, inter quae illud admirandum est, quod nocte Domini

87 cae Nativitatis Campanae ipsius vehementer videri flante, ad tertiam à fundamentis labefactatum ita inclinaret, ut vicinis aedificiis ruinam minaretur in aere pendens: cum autem per sex dies & noctes sic permaneret, quo tempore incessanter à Populo tractabatur, & requirebatur Machina qua fulciri posset, sursum erigi, & in loco suo iterum collocari; ecce pridie Kalendas Januarii media nocte, virtute divina per totam Ecclesiam, foris & intus, lux magna circumfulsit, & claritate maxima implevit, & campanarium ad terram inclinatum totum simul erexit, & firmissimè loco suo reposuit, campanaque ibi pendentes mox sonare compulsi: Auctor est Sigebertus *Anno Domini 1081. à quo sumptit Beyerlinch d. verb. Campana, vers. Campana per se sonantes, in fine.*

88 Turres enim à terrendo dicuntur, sive à terrendis hostibus; velut Arx, ab eisdem arcendis dicitur: ut Beyerlinch verbo Turris, in principio, dicebat: ita in domo Dei aedificantur, ut campanis ibi collocatis, per earum sonitum humani generis hostes terreatur; ut exemplis superius relatis satis constat: earum enim aedificatio, non solum conducit ad Ecclesiam ornatum, & ad Civium obligationem ob amorem aspectum, quo circumquaque longe lateque prospicientium oculi, & animi mirabiliter recreantur, verum etiam in Castris loco munitionis sunt: unde Virg. *lib. 9. Aeneid. dicebat: Nec spes ulla fugemur, stant turribus altis Ne quidquam.*

89 Quem morem in Hispania & Africa servatum fuisse, Auctor est Plinius *lib. 2. cap. 71. ubi ait: Propter Piraticos terrores, praenunciatos ignes fuisse in eis accensos: quandoquidem in Civitatibus à Populis turres etiam in domibus privatis aedificabantur ad expugnandos hostes, ut de Genua Civitate testatum reliquit Benjamin: & de Pisisdem Novarinus in  *Schediasm. sacroprofana lib. 4. cap. 25. ex num. 115. Gloriosum enim erat apud veteres Nobiles turres habere: Auctor est Antoninus de septem aetatibus, quem sequitur Novar. num. 116. & ideò Turrim, Anglicum praesidium significare diximus ex sententia S. Gregor. Nysseni *homil. 7. in Cant. dum dicit: Puto autem eam turrim Clypeorum multitudinem significare Anglicam custodiam, qua circumsepti sumus. Turris Constantiae appellatur Dei Genitrix Virgo, à Fili. Abbat. lib. 1. in Cant. c. 21. & de aliis excellentibus rebus vocabuli idem Novar. ex n. 119.***

90 Quorum antiquitas reperitur à Nembroth qui post diluvium animam fortem adiecit ad aedificandam turrim, ut esset arx tyrannidis & impietatis ipsius, ut inquit August. *lib. 16. de Civ. Dei, cap. 4. cujus culmen caelum tangeret, Genes. 10. qui verò plurium memoriam turrium magna mole grandique structura aedificatarum ex diversis mundi partibus recollectam videre cupiet, consule Beyerlinch d. verb. Turres, vers. Turrim aedificationes earumque antiquitas, ubi abunde inveniet, excepta nostra Turri Caesaraugustana, quam Novam appellamus, de qua notitiam non habuit, etiam si inter illustres totius orbis numerari possit: atque ideò haec turris Campanae appellatur, & est pars Ecclesiae, in qua debent stare campanae ad convocandum Populum ad divina; ita Cardin. Tusch. *praef. concl. lit. C. concl. 18. n. 1. & 2. Barb. d. voto 102. ex n. 240. ex quibus has Campanarum turres in Ecclesiis fieri non parum interesse Reipublicae Christianae notavit Carol. Maranta *controu. juris utriusque responsionum par. 2. respons. 22. n. 17. quem sequitur Barbof. ubi proxime, num. 43.***

91 Verum & in hac materia sicut in caeteris relictis praecedentia Cathedralium: sicut enim ad honorem decuque cultus divini spectat plures habere campanas, ut notavit Oldrad. *d. cons. 228. v. 4. quem sequitur Tusc. sup. n. 2. ita necessarium erat ut hoc privilegium ad majores & primarias Ecclesias extenderetur: nam sicut haec de Jure tantum in honorem Sanctissimae Virginis, vel Apostolorum dedicatae sunt, ut in c. 34. de dedicatione Eccl. Cathedr. norabimus, ita convenientissimum erat ut campanas plures haberent, quandoquidem hoc in honorem illius Sancti sub cuius titulo & tutela Ecclesia dedicata est, cedit; ultra quod plures habendi campanas privilegium & honor decet maximè &*

miraculum

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

pro-